



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto iohan[n]e anachorita [con]fessore. Cap[itulum]. vi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse martij occurrētibus Fo. lxxxvi.

trouissus ibidē fuit: q̄ tū celesti fuerat cibo refectus et diuino lumine confortatus. Qui post captam hierusalem cum discipulis omni tempore vite sue permansit: et in senectute bona in domino quiescit.

De sancto Nicodemo discipulo. Cap. liij.



Nicodemus

ex phariseis galilaeis doctus et honorabilis iudeorum nepos et auditor fuit. Hic videns signa que iesus in hierusalem fecerat circa festum pasche primo eius predicationis anno in eū credidit: et ad eū uisitā dū nocte uenit: auditusq̄ s̄monib⁹ ipsius occulit⁹ et ipse iesu discipulus extitit. q̄ etiā in psilio suo de morte iesu tractatū eū potissimū fuit ipm̄ p̄posse defendit. Et cū de iesu occidendo inter eos diffinitū fuisset: ipse amore magistri clandestine p̄spiratōne iudeorum magdalene nūciavit: quaten⁹ sibi p̄cauerit: et secederet a finibus iudeorum. Quod magdalena iesu secreto p̄ epi stola reuelauit et nocte nicodemus: cū ipse iā ad ciuitatē efrē iuxta desertū persecutionē fugiēs declinasset. Hec damascen⁹ ponit. Qui etiā una cū ioseph ab arimathea sepulture xpi obsequiū impedit. Sed post ascensionē xpi ab apostolis petro et iohāne baptisma suscepit: p̄pter qd̄ iudei p̄tra ipm̄ stomachari vsq̄ ad mortē eū cedere rūt: et plagis affectū semitūm reliquerūt omni sublarā spoliātes. Gamaliel s̄o ipm̄ collectū in possessionē suā gabargamala extra ciuitatē adduxit: et ibi ipm̄ diebus pluribus refovit. Qui tādē in xpo obdormiuit: et sepult⁹ ē a sancto gamalielē in e⁹ sepulchro: ubi et corp⁹ p̄thomaryri stephani iāpidē fuerat tumulātū.

De sancta Maria iacobi. Cap. liiij.

Maria iacobi. s. minoris mater que ab alio euangelista dicitur maria cleoppe: subaudi filia fuit soror beate virginis uirginis filia sancte anne et cleoppe: cui ipsa nupsit mox tuo iochim p̄rio viro dñe nostre patre: hec tradita est in coniugem alpheo: et quo quattuor filios procreauit: scilicet iacobus apostolū: qui dicitur minor: ad differentia alterius maioris: non q̄ ille minor fuerit etate: sed posterior uocatione. Ioseph iustum qui dicitur barsabas qui cum matthia sortitus fuit: et simonem et iudam apostolos. Hec cum maria matre iesu sorore sua ad crucem domini stetit: et cū eam morte iesu desceuit: atq̄ cum magdalena et altera maria circa corpus domini perungendum sollicita fuit. Ideoq̄ eisdē dominus apparuit: ut supra de resurrectione dictū est. Cui⁹ corpus in prouincia prouincie requiescit in ciuitate,

De sancta Maria salome. Cap. v.



Maria salome suban

di fuit etiā soror dei genitricis uirginalis filia sancte anne et salome: cui āna post mortē duoz virozū scilicet iochim et cleoppe fuit maritus monito copulata. Vel ut quidā uolūt hec maria binomia fuit. s. maria et salome. Alijs placet q̄ salome nomen mulieris fuit q̄ passioni dñi cum maria eius m̄se interfuit: q̄ tñ nec maria uocata fuit: nec soror uirginis extitit. vñ et marthe⁹ euāgelista duas solas marias. s. magdalēna et alterā mariā noiauit. Doctores tñ cōiter tenent: q̄ fuerint tres marie. Cū quib⁹ potuit esse et alia mulier salome: de q̄ dicit in ei⁹ festo: quā et hieronym⁹ in suo martylogio ponit. Hec autē maria salome vxor fuit zebedee: et q̄ genuit filios iacobū maiorē ap̄lm̄ et iohānē euāgelistā. Et hec cū sororib⁹ circa passionē xpi et sepulturā et corporis uictionē laborauit: xpm̄q̄ sibi et duabus alijs apparentē uidere meruit: ut supra dictum est. hec filiū suū iohānē euāgelistā audiens rome detentū ad ipm̄ uisitandū accessit. Sed cū eū in exiliū reगतū audisset: et rediret in ciuitatē cāpanle q̄ dicit uerulana defuncta est: cui⁹ corpus in specu sepulchri dudū latuit: sed reuelatē filio suo iacobo processu temporis inde leuātū est miro fragrans odore et miraculis fulgēs: atq̄ in ipa ciuitate digno honore conditum est. Hoz p̄dictoz q̄truoꝝ sc̄toꝝ ideo h̄ acta ponūnt: q̄ dies certos nō habētēs optime resurrectionis festo applicat: eo q̄ sepulture et resurrectionis dñice p̄ores p̄maxie fuerit atq̄ p̄cipies.

De sancto iohāne anachorita p̄fessore. Cap. vi.



Iohānes anachorita.

ta: ut ait Sigibert⁹: et in uitis patra habet: anno p̄mo imperatoris theodosij senioris sc̄titate p̄p̄ritu prophetie in egypto claruit: habuitq̄ cellā in heremo thebaidis in rupe ascēsus grauissimi et pene inaccessibleis in qua inclusus. lxx. annis permansit. Qui nunq̄ mulierē et uir rarissimis uirīs se loqui permittebat. In illuz tñ ad se intrare unq̄ uoluit: sed per fenestrā solūmodo loquebat. Hic theodosio imperatori p̄llas de eugenio tyranno triumphū p̄dixit: eisdēq̄ p̄ncipi suū obitū satis lōge ip̄m p̄phetico p̄nificauit. Euidam etiā romanoꝝ duci de gente ethiopum que thebaides ciuitatem inuaserat: certa die uictoriam p̄phetauit: et ut p̄dixerat per omnia euenit. Cum quidāz tribunus eum rogaret ut cōiugem suam ad se uidentem ex deuotione uenire permitteret omnino denegauit: promisit tamen eidem q̄ ipsa nocte illaz uisitare. Dormientibusq̄ ipsa nocte ambobus coniugibus per uisum apparuit: et mulierem in domino confortauit. Que cui⁹q̄: et que uidet

rat vtro referens vultu et gestus ac habitu viri sancti puterant exposuit acsi ipm corporatim vt differ. ¶ Preposito etia cuida mltitu qui ad se de longe venerat: et vxore pgnante restitrat: nra clauit couuge masculu peperisse: et vix plicita ta in partu rade nutu dei euasisse: mones vt do mu rediret et filiu. vij. diez natu inueniret: que et iohanne vocari madauit. Qui regressus oia vt sibi pdixerat corigisse reppit: et iohanne pue ru nominauit. Sed monachos cum vno diacono ad se venientes quis eorum esset clericus interrognauit. Quibus respondentibus nemis nem: diaconum alijs iuniorum per spiritum cognouit: et quis esset ostendit: et de mendacio illos redarguens bene edificatos remisit. De culta etia cordiu pluribus: et peccata que comiserant reuelabar. Sicq; multos ad penitentia inducebat. Pec triduu ante obitu suu nemine ad se ingredi permisit: vt sic deo liberius vacare posset. Et positis genibus in oratione spiritum emisit. vi. kalen. aprilis.

¶ De sero Iobe obediēte cōfessore. Cap. viij.

Iobanes monachus

ab adolescentia sua cuida seniori tara humilitate deseruuit: vt ipsi quoq; seni stuporem inferret. Die qda iustus ab eo vt satia immanevolueret qd turba hominu magna vix voluere posset: nuc applicata cernice: nuc pectore toto nigrovoluere coabaf. Ideo vt sudore mebrozu toru infunderet vesti mentu: ea videlicet fide ac obediētia qua putabat senē nil posse sine ratione vel incassum precipere: mirabilis em humilitatis et solite obediētie vir fuit. Ideoq; cognome ex obediētia sortitus est. Abbas suus aliquado vt eu probaret lignu aridu pro foco paratu: ia prope putridu vctustate defixit in terra: insitq; iuuent aqua quotidie bis rigare donec vresceret: qd mandatu ille vt possibile sumens aqua bis in die quasi duob; miliarib; efferes lignu irrigabar: ita vt nulla occupatione vel necessitate aut festiuitate aut hyemis asperitate intermitteret aut retardaret pceptu. Sicq; anno integro continuauit: donec abbate iubere lignoq; impulso tuere irrigare cessauit. alias etia vrenientes ad se exeplo edificaret pntibus qbusda moachis iussit iohanni vt lenticula olei que sola in bere mo vel sibi vel aduententium vsibus necessaria erat deorsum abijceret per fenestra: quod ille nil precogitans de inepro pcepto vel necessitate aut olei penuria mox adimplere curauit. Ibec cassianus et ex vctis patrum.

¶ De sero Bunterano rege et cofes. Cap. viij.

Bunteran rex francoy

tempore mauritij imperatoris miraculis et sanctitate refulsit. Qui ita se spiritualibus actionibus macipauit: vt relictis se-

culi popis thesauros suos ecclesijs et paupib; erogaret. De b paulo in hystoria Iogobardoz refert: qd du venatu iussit in silua hac illac cum cris discurretib; ipse in genib; fidelissimi focis grauter sopozat obdormiuit. De cui; apro oze paruū reptile egressum du tenuē riuulu ibide positu transire fatageret: ille in cui; gremio re; qescebat sparā euaginatā sup riuulu; posuit p quā aial transies moris forame intrauit. Atq; post mozulā egressus in os regis dormicris so; cio stupere rursus introiuit. Expefact; rex dixit se vidisse in somnis q fluiu p pōre ferreū ptransbar: et speluncā moris ingrediēs aurī pō; dus maximi inuenerat. Retulit soctus q ipso dormiete coringerat: et effosso loco que serpes intrauerat: repti sunt infiniti thesauri ibide du du absconditi. De quo auro rex fecit cibozū ma ximū sup sepulchru dñi deferendū gemis ornatu. Qd cū illuc deferri nō poss; positū est supra corpuz sancti marcelli martyris in ciuitate cabilonen. passi et sepulti: cuius festū agit pridie noni. septēbris. Qd vsq; hodie ibi manet. Illi quū nō ipsius thesauri sanctus rex pauperibus dispensauit: et in ciuitate cabilonen. que tūc regni sedes erat in dño quieuit. v. kalen. aprilis: vbi et tumularus miraculis claret.

¶ De sanctis Pisco Dalco et Alexandro martyribus. Cap. ix.

Dalco et alexander

tyres apud cesareā palestine passi sunt sub psecutione valeriani: qui diuino fidei calore successi vtro iudice adeūtes: cur tū in sanguine christianoz deseruieret obiurgat. Quos ille continuo pro christi noie tetos bestijs tradidit de norados. v. kalen. aprilis.

¶ De sanctis Armogaste Archimino et Saryro martyribus. Cap. x.

Armogastes archimino et saryro

martyres apud apudica tpe vandalice pscntidōis sub gericco rege arriano cū cent xpianissimi et prauitate arriano; libertate catholica frequēter argueret martyriu passi sūt. Ex quib; archimino ductus est ad decolladu mandate rege: vt si expauesceret gladiū decolaret: sinat dimitteret. Sed q; costās stetit: et in nullo territus fuit: dimissus confessor. rediit solo animo martyriu patiedo. Saryro aut cū esset pcurator dom; huerici edictū cōtra eum pponit: vt si pscntire noller: reb; oib; spoliaret: filiū in seruitutē traderent: vxoz q; ei; in iuge camerario datur: datis inducijs vxoz ad seducendum virum. Que cū diebus plurimis ipsuz blanditijs et lachrymis auertere non valeret: q contra eum decreta fuerant exequitur. Armogastes po postq diu tortus: et in equileo